Amore miſſũ facere me: dũ illi obſequar.
Agit gracias mihi: atq; ingeniũ adlaudat meũ
Sed mea promiſſa nõ neglexit perſequi
Aedificat nauim gerariã & merces emit.
Parata naui imponit preterea mihi
Talentũ argenti: ipſe ſua adnumerat manu.
Seruũ una mittit: qui olim a puero paruulo
Mihi pedagogus fuerat quaſi uti mihi foret
Cuſtos: hiſce confeſtim nauim ſoluimus
Rhodum uenimus ubi quas merces uexerã
Omnis: ut uolui: uendidi ex ſententia.
Lucrũ ingens facio: preterq̃ mihi meus pater
Dedit eſtimatas merces. ita peculium
Conficio grande. ſed dũ in portu ibi ambulo:
Hoſpes me quidã agnouit: ad coenã uocat.
Venio decumbo: acceptus hilare atq; ampliter.
Diſcubitũ noctu ut imus: ecce ad me aduenit
Mulier: qua mulier alia nulla ẽ pulchrior.
Ea nocte mecũ illa hoſpitis uſus fuit
Vos met uidete: q̃ mihi ualde placuerit
Poſtridie hoſpitẽ adeo oro ut uendat mihi.
Dico eius pro meritis gratũ me & munẽ fore.
Quid uerbis opus eſt. mihi atq; aduexi heri.
Eam me aduexiſſe nolo reſciſcat pater.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 42v – Anthologia latina
(http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0172/42v)